



## TABULAE SEX- TÆ declaratio.

**T**erritorii Urbis Bre-  
mae praefectura pri-  
ma est Viehlandia,  
sita inter Visurgim,  
Ochtumam vulgò Ucht flu-  
vius & fossam, qua vulgò der  
Varlegrabe. Dividitur autem  
Viehlanda in Superiorem &  
Inferiorem, quarum hac inter  
Ochtumam & Visurgim tan-  
tùm, illa verò inter Visurgim,  
Ochtumam, & fossam illam;  
utraque tamen est pinguis-  
simum fundi, reddens opima pas-  
cua. Ad orientem Hollerlandiam  
spectat, ad Septentrionem Wer-  
derlandiam. Versus occasum,  
ei confinis est comitatus Del-  
menhorstannus, & ad Meridiem  
comitatus Hoyensis. Sedis in  
utraque Visurgis ripa positus  
comprehendit arces & oppida  
Barenborg, Erenburgum, Ny-  
derbroeckusen, Vuyhe, Ted-  
dinghusen, Hoyam, Olde-  
brockhusen, Nyenburgum op-  
pidum & arcem munitam, &  
Stoltenau, quorum postea in  
parte tertia hujus libri fiet  
mentio.

TA-